





F. 7. num. 16.

~~12~~
10

Q. D. B. V.

DISSERTATIO IVRIDICA
QVAM
DE 1718, 7a

EQVO SEQVELAE
ET AD ALIA SERVITIA
DESTINATO
ATQVE

DE EQVO EQVESTRI
ET FEVDALI

Dom Heer - Dienst - Ritter - und
Lehen - Pferde

SVB MODERAMINE



DN. HENRICI HILDEBRANDI

ICTI CONSIL. PALAT. SOLISBAC. ET NORICI
NEC NON PROF. COD. ATQVE IVR. FEVDAL.
VT ET ANTECESSORIS PRIMARII
IN NORICORVM VNIVERSITATE

VENTILABIT


D. NOVEMBR. A. O. R. MDCCXVIII

PHILIPPVS VVILHELMVS PERSCHBECHERVS
MOENO-FRANCOF.

ALTORFII TYPIS IOD. GVIL. KOHLESII VNIV. TYPOGR.



DESSERTATIO JURIDICA
DE FORTIFICATIONE
ET AD ALIA SERVITIA
DESTITUTO
DE FORTIFICATIONE
ET AD ALIA
DAN. RICHIHILDEBRANDI
ICM. CONS. PALAT. SORBAC. ET NORICI
MAG. CON. PRO. GOD. TOME. IUR. CANDID.
V. T. P. ART. CESS. O. PRIM. III.
IN NORICORUM UNIVERSITATE
M. D. C. C. L. X. V. I. I.
D. N. O. M. P. R. A. T. I. S. A. P. O. S. T. O. L. I. C. I.
P. H. I. L. I. P. P. I. M. S. P. E. R. S. C. H. E. C. H. E. R. S.
M. O. N. A. C. H. A. E. N. S. I. S.





C. D.

CAP. I.

*De Equo sequelæ & ad alia ser-
vitia destinato.*

§. I.

Dantur & Allodiorum & Feudorum distinctæ atque diversæ species, utrorumque discrepantiam diversi, quos habent, effectus atque distinctæ præstationes indicant. Illa, si sunt allodia excellentia dependentia & vulgaria, subjectionem possessoris arguunt, & contributionibus obnoxia censentur, hæreditariaque suo modo audiunt: *Eigene Ländel / Erb- und Steuerbahre Güter.* a) Feuda autem, *Ritter- und Lehen-Güter /* sub lege fidelitatis regulariter possidentur absque subjectione, nisi vel observantia vel mores regionis possessorem feudi simul subditum efficiant. b)

A 2

Proba-



Probationes.

- a) M. Anton. Dominic. *de prerogativ. allodior. c. 1. §. 9.* Titius im *S. L. R. c. 4. §. 16.* Struv. *in cent. decis. quanam res feudales, quanam allodial. decis. 1. & seqq.* Dn. L. B. de Lyncker *consult. 168. n. 1. & 2.* Carolus Molinæus *ad consuetud. Paris. tit. 1. §. 46. n. 61.*
- b) Dn. L. B. de Lyncker *resp. 193. n. 32. & 64.* Befold. *p. 5. conf. 233. n. 18.* Itterus *de Feud. Imper. c. 3. n. 9. usque ad 13.*

§. II.

Bonorum horum, tam varie a se invicem discrepantium & allodialium & feudaliū, possessores sæpius equos Dominis suis præstare tenentur; sed horum præstationes diverso & distincto ex jure & causa oriri palam est: Possessores enim allodialium bonorum Superiori ac Domino suo territoriali ad equitum equorumque præstationes tenentur vel vi homagii, müssen Reichs-Heers- und Lands-Folge thun; c) vel Domino jurisdictionali aut alii ad illorum præstationem obstringuntur vi jurisdictionis vulgaris, aut jure servitii rite quaesiti: müssen entweder Gerichts-Folge thun / oder auch sonst / dem Herkommen nach / mit Pferden und Rossen dero Herren / unter welchen sie mit Gütern geseßen / frohnen. d) Ast vasalli equos equestres & feudales duntaxat ex feudis, Domino suo directo vasallagii jure & sub fidelitatis lege exhibere debent. e)

Probationes.

- c) Knichen. *de jure territor. c. 3. n. 368. & seqq.* Klock. *de contrib. c. 3. n. 273.* Dn. L. B. de Lyncker *cent. 8. decis. 780.* Fritsch. *de jur. sequel. c. 5. & 6.*
- d) Fritsch. *de jur. sequel. c. 9.* Dn. a Seckendorff im Teutschen Fürsten-

Fürsten-Staat P. II. c. 10. n. 3. & Ertel. de *jurisdicth. infer.*
c. 7. obs. 11. & 12.

- e) Schilter. in *comment. ad jus feudal. alemann.* c. 7. §. 1. Dn.
L. B. de Lyncker *cent.* 8. *decis.* 780. & *cent.* 15. *decis.* 140.
Kohl. de *servit. feud.* p. 1. n. 1. & §. Heig. *lib.* 1. q. 8. n. 28.
Fritsch. de *jur. sequel.* c. 7. §. 6.

§. III.

Equorum hæ præstationes non modo causa & effe-
ctu notabiliter differunt, sed & nomine & appellatione
a se invicem abeunt: nam illi sine feudalitatis ratione &
plerumque ex allodio præstari soliti, Heer-Dienst- und
Froh-Pferde dicuntur, f) hi autem equi, ex feudis &
sub feudalitatis ratione exigendi, Ritter- und Lehen-
Pferde / appellantur. g)

Probationes.

- f) Recess. Imper. de A. 1564. §. 22. Dn. a Seckendorff im
Teutschen Fürsten-Staat P. II. c. 10. n. 2. p. m. 248.
Fritsch. de *jur. sequel.* cap. 5. §. 4. & c. 6. §. 1. & seqq.
g) Fritsch. de *jur. sequel.* c. 4. §. 3. & c. 7. §. 6. Dn. a Seckend.
im T. F. St. P. II. c. 10. §. 2. p. m. 248. Iter. de Feud.
Imper. cap. 19. §. 3. & 4.

§. IV.

Sed adjutorium istud, quod Status Imperii, vi con-
stitutionum Imperii, pro necessitate & utilitate publica,
zur gemeinen Reichs-Hülffe / equis nonnunquam præ-
stant, h) non sine ratione Reichs-Hülffe / appellatur,
utut illud auxilium, dum æque tam allodii quam feudi
intuitu, pro re nata exhibetur, secundum conditionem
Statuum Imperii, qui simul vasalli Imperii non sunt,
eine Reichs- und Heer-Folge; pro conditione autem
Statuum Imperii, qui simul vasalli Imperii existunt,

Ritter. und Lehen-Dienste/ recte nominetur. i) Vtriusque tamen hujus conditionis Imperii Statibus hoc onus plerumque ad normam Expeditionis Romanae, quae tamen duntaxat feudorum onus erat, sub consensu Imperii assignari solet, k) tametsi & ipsius Expeditionis Romanae necessitas exoleverit, & Status Imperii non omnes nexu feudali Imperio sint juncti. l)

Probationes.

- h) Conf. Recess. Imper. Wormat. de A. 1564. §. Ferner die zweil. 22. ibi: Daß ein jeder Stand des Reichs / vermög der Executions-Ordnung / seine Anzahl zu Rosß und Fuß an Personen / so Kriegs-Leut und darzu tüchtig / schicken solle.
- i) Ludolph. Hugo de Stat. Regim. German. c. 3. n. 12. & seq. Fritsch. de jur. sequel. c. 6. §. 2. n. 10. ibi: Sequela vel jure subjectionis, vel jure pacti exigitur; & porro: Wie die Folge ist der Unterthanen / also ist die Hülffe der Befreunden und Vereinigten / und vermag deroßwegen die verwilligte Hülffe mit nichten vor eine Landes-Folge angezogen werden. Spectat huc Recess. Imper. de A. 1521. §. zu Worms / & §. item. haben Wir Uns weiter mit gedachten Ständen / und Sie wieder mit Uns verglichen / daß solch ihre Hülffe mit Volet zu Rosß und Fuß / und nicht mit Geld geschehen solle. Schütz. de Stat. Rei Roman. vol. 2. Ex. II. th. 2. lit. A. ibi: Reichs-Hülffe gegen die Türcken und Frankosen.
- k) Iter. de Feud. Imper. cap. 5. §. 18. & 19. Schilter. in comm. ad jus feud. alemann. cap. 7. §. 3. ibi: quod nos jus sequela, Heers-Folge / appellamus. Faciunt huc quoque verba Caroli M. Kapitulari II. cap. 1. quicumque liber homo in hostern bannitus fuerit, & venire contempserit, plenum heribannum, id est solidos LX. persolvat.

l) Schül-

- l) Schilt. *ad jus feud. alemann. cap. 7. §. 1.* ubi monet, quod Franci vocaverint istud servitium Heribannum, dum bannum hic edictum vel indictionem, ceu citationem ad bellicam expeditionem denotat, quæ Heer / sive exercitus, vocatur.

§. V.

Servitia tamen, quæ equis præstabantur, olim in Expeditione Romana quoad necessitatem quidem hætenus omiffa, sed non ratione iuris aut facultatis impetrandæ, si publica e re ita visum fuerit, inaugurationis, repudiata aut demta, m) ubique equestria fuisse, Ritter-Dienste/existimamus, n) licet huic tam immediati, quam mediati vasalli interfuerint, o) & ab hisce pecunia redemi potuerint, quæ redemptio latinis Adæratio, Longobardis Hostentitiæ, Italis Adoha, Gallis Aide, nobis Geld-Hülffe / Anschlag des Römer-Zugs / & Heer-Steuer/ audit; quod tamen secus erat in Expeditione secundum leges Carolinas, p) hæc quemadmodum tendebat semper in hostem, ita rigidior illa in eo erat, ut nec electio, nec adæratio servienti concessa fuerit, sed quilibet etiam homo liber, qui non fuit vasallus, vocatus, præcise se sistere debuit, sub pœna heribanni, aut deditionis sui in servitum Principis, donec bannus solutus fuerit, vasallus vero sub privatione feudi. q).

Probationes.

- m) Jus Alemannic. c. 8. Wenn er aber die Zuschen ein König erwellett / und der zu Rome nach der Wyhe fährt. Jus Longobard. 2. F. 40. & 54. Iter. de feud. Imp. cap. XX. n. 5. Schilter. *ad jus feud. Alemann. cap. 8. §. 1. & seq.*
- n) Alteserr. *de orig. feud. c. 9.* Alemannis, Heresfahrt gebiethen; alias die Lehn-Leute und die Ritter-Pferde anbieteten/ vox Jähren/ veteribus non de vectoribus ubique; sed de equi.

equitatibus usurpatur, sicut ea significatio adhuc idiomate Aufriaco reliqua est, hucusque Schilt. *c. loc. Fritsch. de jur. sequel. c. 8. §. 3.*

- o) Jus feudal. Alemann. *cap. VIII. §. 1. ibi: Die Fürsten / die In zu Kunig erkohren hant / sind alle schuldig mit Inne zu fahrende ic. & §. 2. auch sullent alle Fürsten und Freyherrn mit In fahrende / den es gebothen würt. nec non §. 3. Und hett ein Herre Lehen von dem Kunig / oder ein ander Mann / das das Reiches Gut ist / und hett er das andern Lütten verlihen / die nötet Er eben wohl mit Inne zu fahrende / in des Reiches Dienste mit Rechte. R. I. de A. 1521. §. 30. & R. I. de A. 1541. §. 44. Schilt. ad jus feud. Alemann. c. 8. §. 8. & §. 15. Eric. Maurit. de matricula Imp. §. 26. per tot. Schvveder. P. spec. sect. 1. cap. 26. §. 9. Itter. de feud. Imper. c. 21. §. 2. ibi: Antiquate pridem Romanae expeditioni, qua oneris feudalis titulum nomenque optimo jure sortiebatur, illas Imp. indictiones nunc surrogatas esse, vel inde manifestum fit, quod ad hujus normam tanquam tabulas quasdam censuales superiori nostroque seculo, publica Imperii tributa & subsidia indici consueverint, indeque Romanae expeditionis nomine hodieque indigentur; de consuetudine enim Imp. Romano-Germanici (verba sunt Wehneri) ist der Römer-Zug eine grosse tapffere Hülff an Teutschen Kriegs-Volk zu Ross und Fuß. Reichs-Abschied zu Worms anno 1521. §. Auch haben uns ic. und auf 20000. zu Fuß und 4000. zu Ross auf sechs Monath angeschlagen / und einem jeden Stand des Reichs nach Gelegenheit seiner Güter eine Anzahl / wie viel er zu Ross und Fuß daran schicken / oder von jedem zu Ross 12 fl. (zehen Gulden d. l. Reichs-Abschied) und zu Fuß 4 fl. an Geld erlegen und bezahlen muß / auf erleget. Haec Wehnerus in obs. pract. voce. Römer-Zug. Schütz*

Schütz. *de Stat. Reipubl. Rom. vol. 2. Ex. II. th. 8.* ibique Scharfchmid. *sub lit. b.*

- p) In Carolinis Legibus etsi de expeditione Romana nihil invenitur sancitum, est tamen de expeditione, von der Heerfahrt / in universum statutum, ne haberet vocatus vel electionem, vel redemptionem servitii. Schilt. *ad jus feud. Alemann. c. 8. §. 9. & 13.*
- q) Kapitul. II. Caroli Magni *A. 812. cap. V.* ita se habet: *Quicumque ex eis, qui beneficium Principis habent, parem suum contra hostes communes in exercitum pergentem dimiserit, & cum eo ire aut stare noluerit, honorem suum & beneficium perdat,*

§. VI.

Hodierna expeditio Imperii equestris quidem est, quatenus in ea Status Imperii equitatu serviunt, r) sed in eo abit ab expeditione Romana, quod Status Imperii non amplius pro suo arbitrio vel serviant, vel redimant equestre adjutorium suum adæratione aut hostenditiis, s) sed sequantur in hoc, prout in expeditione Carolina, t) arbitrium Domini, eique, si non in persona, tamen opera vicaria equis equestribus ministeria, vel pecunia succurrant, sicuti vel necessitas, vel utilitas Imperii, ceu lex suprema, exposcit, u) quo etiam negotiatio cum immediatis Nobilibus Imperii, ut vassallis immediatis, licet non regalibus spectat. w)

Probationes.

- r) *Iter. de Feud. Imper. cap. 20. §. 8. Jus Feud. Alem. c. 7. §. 2.*
 Wer Lehen von dem Riche hat / dem soll der Kunig heiffen gebiethen eine Heerfahrt mit Ihme zu fahrende. ibique Schilt.
- s) *Jus Feud. Alemann. c. 8. §. 2. Und wellent sie nit / sie lösent die Heerfahrt mit den zehenden Pfund / was es ein Jahr giltet /*

B

giltet / und webers der Mann will / das mag er thun.
Schild. ad huncce textum §. 8. ubi das zehende Pfund de-
clarat, den zehenden Pfening des jährlichen Einkommens.

e) Itter, *de Feud. Imp. c. 20. §. 8. & 9.*

u) Schilter, *ad Fus Alemann. c. 8. §. 9.*

w) Recess. Imp. *de A. 1500. §. 26.* Wir oder der/ so an unser
statt sitzen wird / und unser verordnetes Regiment / sollen
und wollen auch mit der Ritterschafft zu Francken /
Schwaben und Rhein-Landen ernstlich handeln und re-
den lassen / zu obangezeigten Christlichen Fürnehmen /
auch zu Beschirmung des heiligen Reichs / dieteil sie um
ihrer Vorfahren Verdienst willen / von demselben Reich
ihr Ehr und Würde/ auch den mehrern Theil ihres Guts
haben / ihre getreue Hülffe/ wie ihnen / als Christglaub-
igen Rittern / und Knechten des heiligen Reichs wohl an-
stehet / zu thun.

§. VII.

Licet servitia illa militaria equestria feudalia Statuum
Imperii, secundum nomen & vim Romanæ expeditionis,
nach dem Anschlag des Römer-Zugs/ darinnen ein jeder
Stand eine gewisse Anzahl Volck zu Ross und Fuß zu
halten verpflichtet/ ita adhuc sint in usu, ut quantum
olim ad expeditionem Romanam, quilibet Status Im-
perii, servitorum militarium præstiterit, tantundem
hodie ad expeditiones publicas & necessitates Imperii
militiæ, Cæsari & Imperio præstare teneatur, x) attam-
en necessitatem personaliter & propria opera in belli-
cis Imperii expeditionibus serviendi, hodie regulariter
Statibus vel inde remissam esse judicamus, dum ipsis
secundum matriculam Imperii duntaxat, vel certum nu-
merum militum, vel hostenditiis sive adæratione, aut
certa quadam pecuniæ summa, servitia militaria redi-
mere

mere concessum extat; y) ita tamen, ut Imperatori electio vel militum, vel pecuniæ, pro utilitate Imperii competat, nec impedimento sit, ab uno vel altero Statuum Imperii membro, peritia bellica potissimum excellenti, servitium militare in persona exposcere. z)

Probationes.

- x) Schilt. in comment. ad Jus Alem. c. 8.
 y) 2. Feud. 40. & 54. Iter. de Feud. Imp. cap. 20. th. 8.
 z) Schilter. in comment. ad Jus feud. Alemann. cap. 8. §. 15.
 Horn. Jurispr. feud. c. 18. §. 16. Iter. de feud. Imp. c. 20.
 th. 9. & c. 21. th. 1.

§. VIII.

Præstationes equorum sequelæ, non tantum vi Superioritatis territorialis cuius membro immediato Imperii competentis, aa) utut Status non sint, & antea tales equi non præstiti, nec conventi deprehendantur, bb) tam a subditis, quam a forensibus in territorio existentibus, exigere licet, sed & angarias atque parangarias, sive operas pro necessitate, indigentia atque utilitate publica præstandas, in jumentorum & plaustrorum naviumque, ad milicum, armorum, tormentorum, aliarumque rerum transvectionem, præbitione consistentes, poscere, da man der Obrigkeit mit Wagen / Pferden / Schiffen und dergleichen auff begebenden Nothfall dienet / cc) licet inter has seu operas & servitium equorum sequelæ, major dd) quam inter angarias & parangarias sit differentia. ee)

Probationes.

- aa) Pacificat. Osnabr. art. V. §. X. vers. 27. conf. der Freyen Reichs-Ritterschafft und Adels von Keyser Ferdinand in A. 1561. confirmirte Ordn. apud Besold. de Ord. Equestr. B 2 n. 10.

- n. 10. & seqq. Thom. Lauterb. *de condom. territ. cap. 5. §. 18. & 19.*
- bb) Fritsch. *de jur. sequel. c. 8. §. 5. n. 22.* Myler. *de Princip. Imp. c. 26. n. 9.* potissimum si defensionis necessitas id efflagitat, in gemeiner Land-Noth: auxilium enim & defensio ad offensionem debet proportiata esse, id est, ut eo modo reprimatur, quo infertur: hinc vis pactorum ad tempus cessare debet, & quovis modo subditis praesentissimo periculo occurrere convenit. Fritsch. *cit. loc. n. 22.*
- cc) Schvveder. *part. special. sect. 2. cap. 15. n. 8.* Sixtin. *de regal. c. 13. per tot.* Winziger *ad Stryck. Ex. J. F. c. 9. q. 16.*
- dd) Nam auxilium, quod fit equis sequelae jure, est servitium immediate & directo militiae causa praestandum, sed angariae & parangariae sunt quidem etiam servitia, a subditis ad transvectionem armorum, aliarumque rerum bellicarum, zum Vorspann cogenda, sed duntaxat mediate ad bellum facientia, nec non extra belli tempora ob aliud quoddam negotium repentinum, zu welchem man der Landes-Obrigkeit entweder mit Wagen und Pferden / zur nöthigen Reise / Stucht oder Wegfliehen in Kriegstäufften / oder auch bey sonstigen vorkommenden Landes-Angelegenheiten frohnen muß / necessaria. Winziger. *ad Stryck. Ex. J. F. c. 9. q. 16.*
- ee) Ludwell. *in synops. feudal. cap. 13. p. m. 273.* ubi secundum nonnullos parangariae coactionem navium & plaustrorum, sed angariae duntaxat jumentorum, comprehendere dicuntur. Sixtin. *de regal. c. 13. n. 11. & 12.* alit rectius angariae magis jumentis, per ordinariam publicam communemque viam expediuntur, secus autem est in parangariis, in quibus jumenta vel plaustra non per publicam directam viam, sed aliorum adhibentur & usurpantur. Ludwell. *cit. loc.* Sixtin. *de regal. c. 13. n. 39.* Horn. *Jurispr. feud. c. 8. th. 43.*

§. IX.

Sicuti neminem in casu necessitatis ab illo jure sequelæ bellicæ, & præstatione plaustrorum, der Heer-Wagen/ ff) in territorio existentem, immunem reputamus, nisi quos vel jura excusant, ut Senatores, Clericos, Consiliarios, Professores atque monachos, nec non Scholarum magistros; vel ipse Dominus territorii in tali casu speciatim excipit; gg) Ita nec illustres, nec nobiles personas, licet nulla feuda, vel Franca & non militaria duntaxat possidentes, ab isto onere in casu extremæ necessitatis exemptas arbitramur. hh)

Probationes.

- ff) Fritsch. *de jure sequel. cap. 8. §. 9. n. 49.* in verbis müssen ic. Dn. a Seckendorff in *L. Fürst. Staat p. 2. c. 10. n. 9. §. 1.* ibi: Nach der meissen teutschen Fürstenthumer Belegenheit ist es zwar andeme/ daß alle Unterthanen ohne Unterscheid des Standes/ solche Folge zuthun schuldig sind.
- gg) Fritsch. *de jure sequel. cap. 8. §. 12.* qui in casu extremæ necessitatis nec privilegia, nec pacta, nec consuetudinem admittit, sed patriæ defensionem hilce anteponit.
- hh) Dn. a Seckendorff. in *L. F. S. p. 2. c. 10. §. 9. n. 2. p. m. 248.* ibi: So aber dergleichen Versohnen/ nemlich Grassen/ Herren und Abels- Versohnen/ auch gleich kein solch Lehn- Guth und gewisse Ritter- Dienste hätten/ würde er doch im Fall der Noth/ als ein Unterthan sich gebrauchen lassen müssen/ doch/ daß er/ seinem Stande nach/ nicht zu Fuß/ wie andere gemeine Unterthanen/ sonderu gerüset zu Pferde/ sich darstelle/ auch darüber seinen Unterhalt empfangen.

§. X.

Cæterum regulariter quidem Dominus territorialis, loco huius adjutorii militaris equis præstandi, certam

pecuniae summam non exigit, ii) nec subditi ab hujusmodi servitio propria in persona equis suscipiendo, nec praestatione, von der Auswahl / oder Ausschuss / liberare se cupientes kk) admittuntur, nisi conductio equite fervire Domino magis consultum videatur, quo in casu, necessitatis operam sequelae militaris in pecuniariam praestationem convertere, & subditos suos a personali obligatione utique eximere eidem licet.

Probationes.

ii) Dn. L. B. de Lyncker. *Cent. VI. decis. 532.* Dn. a Seckendorff. in *L. F. C. p. 2. c. 10. n. 9. §. 3.* Fritsch. *de jure sequel. c. 8. §. 1. & 6.*

kk) cit. Fritsch. *c. 8. §. 4. & 6.*

§. XI.

Vtut subditi ita militando dominum suum sequentes, eundemque tam intra quam extra territorium adjuvantes, ll) equos, arma & vestes ad expeditionem necessaria, de suo comparare necesse habeant, müssen sich selbstien Montur schaffen, mm) nonnunquam tamen ipsi ex armamentariis, aus den Zeughäusern / armatura suppeditatur, cessante periculo in iis reponenda, atque currus oneratus, ein gewisser Heer-Wagen / designatur, nn) nec non sumtus & alimenta eisdem & equis exhibentur, oo) potissimum, si per aliquod tempus servitia militiae praestare debent, usque ad cessantem necessitatem, cum qua etiam eorundem adiutorium cessat. pp)

Probationes.

ll) Myler. *de Princip. ac stat. imp. c. 76. n. 7.* Rosenthal. *de feud. c. 8. concl. 25.* Klok. *de contrib. c. 3. n. 309.*
mm) Balhaf. *de oper. rustic. cap. 3.* Myler. *de princip. & stat. c. 76. n. 8.*

nn)

- nn) Fritsch. *de jur. sequel. c. 8. §. 8.* Dn. a Seckendorff. in *S. S. p. 2. cap. 10. tit. 9. n. 3.* in verbis: Ingleichen sind von Alters her in den meisten Ländern gewisse Heer-Wagen zu Fortführung allerhand Kriegs-Nothdurfft / ausgetheilet worden / welche die Stätte und Dorffschafften genugsam bespannet schicken müssen. Ertel. *de juridict. infer. civil. lib. 1. c. 7. obs. 14.* ibi: Stellung der Pferd in den Heer-Wagen.
- oo) Fritsch. *de jur. sequel. c. 8. c. 9.*
- pp) Fritsch. *cit. loc. §. 5. n. 24.*

S. XII.

Ob vinculum hocce subditorum perpetuum, ad id servitii militaris genus, constans & perpetua præsumtio quæ capienda est, si quis servitia equis præstiterit, eundem hocce potius, ceu equos sequelæ, quam equos equestres feudales, als Ritter- und Lehn-Pferde præstitisse. (qq)

Probationes.

- qq) Quia in dubio sicuti res feudalis non præsumitur, eum eiusdem constitutio sit facti, ita nec præstatio equestris, mit Ritter-Pferden conjecturatur. Facit huc Dn. L. B. de Lyncker. *cent. VIII. decis. 780.* in verbis: Jedoch aber und weil (1) die servitia feudalia nur bey denen feudis propriis & regularibus statt finden / so nemlich Ritter-Dienste auf sich zu haben pflegen; dergleichen der Rath zu Raumburg nicht hat. Vielmehr (2) die Güter / welche dazu gezogen werden wollen / Steuerbahr gemacht / und / gleich andern Erb-Gütern / mit contributionen belegt seind; dahero sie zugleich auch mit Ritter-Diensten nicht beschwert werden können. Heig. *lib. 9. 18. n. 15. 22.* Chassan. *ad consuet. Burgund. rubr. 3. §. 4. n. 23.* Alb. Brunus I. *cons. Feud. 117. n. 120.* Tiraquell. *c. 2. de nobilit. n. 166.* & Köppen. *dec. 61. n. 5.* (3) die Heers-Folge //

Folge / da / bey zugetragenen Fällen / die Statt / mit zweyen Pferden und etlicher Mannschafft / zu erscheinen schuldig / zu der subjection, und denen *juribus superioritatis* gehörig ; und von der Lehens-Pflicht / als Ritter-Pferden und daher rührenden präsent-Geldern / ganz unterschieden. Knichen. *de jur. territor. c. 3. n. 368. seqq. & de Sax. non prov. jur. c. 5. n. 315. seqq.* Klock. *c. 3. de contrib. n. 273. seqq.* So wird deswegen der Rath mit denen Ritter-Diensten billich verschonet.

S. XIII.

Sicuti autem sequela jurisdictionalis speciem subsidarii auxilii armati refert, quando Magistratus jussu subditi ejusdem jurisdictionales, dessen Gerichts-Zwang zugehane / und unter selbigen eingeseffene / ipsum in persequendis malefactoribus, & executione suae jurisdictionis armis juvare tenentur, ut delinquentes capi, atque condemnari puniri que possint, rr) ita dubium non est, quod pro necessitatis, & celeris persecutionis ratione, hocce adjuvatorium etiam equis fieri debeat, ss) Wann entweder denen Brechern auch zu Pferde nachgeeilet / oder auch majoris securitatis causa, der Gerichts-Platz mit Mannschafft zu Ross besetzt werden mus. tt)

Probationes.

rr) Dn. a Seckendorff. *p. 2. c. 10. n. 3.* Fritsch. *de jur. sequel. c. 9. n. 3.*

ss) arg. Recess. Imper. *de Ao. 1589. §.* und wiekohl ibi: Das diejenige / so beschädiget / zu Ross und Fuß zimlicher weise / und nach Gelegenheit der Macht und Stärke ic. & porro: auch dieselbe Obrigkeit oder deren Amtleute und Befehlshaber verbunden und schuldig seyn sollen / ihrem besten Vermögen nach / alsobald den anruffenden zu Ross und Fuß zu Hülffe zu kommen.

tt) B.

tt) B. Dn. Linck. *de cent. cap. 3. §. 2. & §. 9.* ibi: centenici subditi müssen der Zent folgen / ad tuitionem centenæ und mit Gevehr erscheinen.

§. XIV.

Nec minus subditi Dominis suis vel jurisdictionalibus vel emphyteuticis, aut superficiei, vi juris idcirco pactis, consuetudine loci, aut moribus legitime quæsi, equis operas, mit Roß-Diensten und Frohn-Zuhren / præstare tenentur; uu) quæ tamen operæ si sunt indeterminate, ad insolitas hætenus non extenduntur, ww) nec in vitis subditis in pecuniam convertuntur, xx) licet sine præjudicio subditorum alii Domino recte assignentur, yy) nec a subditis hætenus eorundem consensu pecunia redemptæ, Domino in posterum easdem in natura iterum exigenti recte denegantur zz)

Probationes.

uu) Ertel. *de jurisdic. infer. lib. 1. c. 7. obs. 2. & 1.* ibi: neque magnopere tergiversari debent subditi, si ob protectionem & tutelam Domini jurisdictionalis & tanta emolumenta, quæ belli pacisque tempore percipiunt, ad necessitatem Domini jumentum suum impendant. Schütz *de Stat. Reip. Roman. vol. 2. Ex. 9. lit. d.* ibi: Wagen-Dienste / quas operas illi, qui equos alunt, præstant. Struv. *S. I. Civ. Ex. 3. th. 24.* ibi: sic aliæ operæ præstantur jumentis ab iis, qui agros tenent, & dicuntur Anspanner / Pferdner / Hüßner.

ww) Dn. L. B. de Lyncker. *Cent. VI. decis. 546. & cent. 6. decis. 608.* & Fritsch. *de jur. sequel. c. 11. §. 3.*

xx) Dn. L. B. de Lyncker. *cent. VI. decis. 532.* ibi: Jedoch kommt die Sache auf der Unterthanen Bewilligung an / cum sicut creditor, ut aliud pro alio accipiat, non cogitur, ita nec debitor, ut aliud pro alio solvat, adigi potest.

C

yy) lau-

- yy) laudatus Dn. L. B. de Lyncker, *cent. XV. decis.* 1442. ibi: cujusmodi casu, ubi subditorum conditio non fit deterior, conversionem & cessionem operarum licitam esse, communiter statuunt. Coler. *process. execut. p. 1. c. 9. n. 41.* Besold. *consil.* 189. n. 18. Joh. Euchar. Erhard. *concl.* 28. *de oper. rustic. tit. 6.*
- zz) Mev. *consil.* 66. n. 116. in verbis: Nec enim dominus, etsi certas quasdam praestationes longissimo tempore receperit, praesumitur illas, quas alias juxta leges & mores potest, remisisse. Bartol. *in l. 2. §. fin. ff. de eo, quod certo loco.* Nec rustici ex eo, quod domini diu suo arbitrio non sunt usi, titulum sibi arrogare. Andreas Knichen. *de vestit. paction. cap. 3. num. 87. part. 2.* Nec sibi possessionis causam mutare potuisse.

§. XV.

Denique sicuti ipsum jus Venandi & Foresti a jurisdictione vulgari differt; ita quoque operæ venatoriæ & jumentis & equis subeundæ, atque forestales, in Fortschaffung des Jagd-Gezeugs / oder Ausführung des verfaulten Gehölzes und Gesträusses aus dem Walde / non domino jurisdictionis debentur, nisi & ipsi jus venandi vel foresti simul competat, quo tamen casu operæ forestales & venatoriæ non quidem ultra modum, quam qui jure & moribus invaluit, praestantur. aaa) Sed ab horum equorum exhibitione palam differunt equi, qui Dominis quibusdam in locis mortuarii loco, ex bonis certis, & non servitii intuitu, dantur. bbb) Imo & nihil commercii cum dictis equis habent praedia, quæ hisce in terris Noricis, Hand-Roß-Güter / vocantur, sed singulo decennio Domino Roß-Hand-Lohn / solvunt, qualia sunt, si subditi praeter villam & suum mansum rusticum, Bauern-
Hof /

Hof/ alio mansu rustico simul utuntur & possident, id quod non possunt, nisi solvant Ros- Hand- Lohn. ccc)

Probationes.

- aaa) Fritsch. *de jur. sequel. cap. II. n. I.* Dn. a Seckendorff im S. F. St. p. 30. c. 5. tit. Wildbahn. p. m. 414.
- bbb) Lehmanni *Chron. Spirens. lib. 2. c. 20. §.* Die Bierde. ibi: Daß wann ein leibeigener Mann verstorben/ der Herrschafft das beste Stück Vieh/ Pferd oder Ochß heimgefallen/ welches man denen Erben aus dem Stall gezogen; da aber ein leibeigen Weib vor ihrem Mann Todes verfahren/ die Herrschafft das beste Stück der Fahrnuß zu erwehlen/ und zu sich zu nehmen Macht habe. Harprecht. *in diff. de jur. mort. part. post. cap. 8. §. 6.*
- ccc) Formalia de indole horum honorum ad notitiam nobis communicata ita sonant: Der Casus arriviret öftters/ daß wo ein bemittelter Bauer/ der schon einen Hof besizet/ noch einen erblich bekommt/ solchen aber wegen seiner Kinder/ oder anderer Ursachen halben behält/ und alsdann wo die Kinder erwachsen/ ihnen übergibt. Indessen aber kan er solche Höfe nicht zugleich in Person bewohnen. Also muß er/ wo der terminus ad quem, nehmlich zehen Jahr/ verlossen/ dem Eigenhern das gewöhnliche Ros- Hand- Lohn erlegen. Wo er nun das Hof-Haus an jemand anders verläßset/ die Pertinentien des Hofes aber/ als Wiesen und Felder/ zu seinem Guth/ das er in Person bewohnet/ zubauet/ saget man/ er bauet dieses Gut zu Hand-Ros.

CAP. II.

De Equo equestri & feudali.

Vom Ritter- und Lehen-Pferde.

§. I.

Quamvis servitia, ad quæ vasallus rei feudalis ratione existit obligatus, plerumque triplicis generis perhibeantur esse: vel aulica, Hof-Dienste/a) vel judiciaria, Gerichts-Dienste/b) vel militaria Heer-Ritter- und Kriegs-Dienste; c) tamen ordinaria, feudorum servitia militaria esse constat, armis equisque præstanda, unde vasalli adhuc hodiernum milites equitesque, Ritter / audiunt, non secus ac olim equites publicum equum accipientes apud Romanos, Equi publici fuere appellati, quasi equo publico donati. d) Ast ridiculorum atque ludicrorum quidem aliqualem, e) sed turpium, licet expressorum, obligationem vasalli nullam esse, verius autumamus. f)

Probationes.

- a) Schilt. *ad jus feud. Alemann. cap. VI. §. 5.* Kohl. *de servit. feud. c. 4. n. 90.* Horn. *Jurispr. feud. cap. 18. §. 5.* ubi ait: quod aulica servitia sint, quando in solemnitatibus aulae, in Ehren-Gällen / vasalli in honorem Domini splendidioris apparatus causa serviunt; Quo etiam spectat illud ab Horatio adductum, quod Serenissimus Dux Marleburgensis sub lege beneficii dynastiam Woodstock, ut ipse & ejus posterii quolibet die XIII. mens. August. in memoriam victoriæ illius incomparabilis, An. MDCCIV, quam hoc ipso die, D. B., Germani,

mani, Angli, & hi quidem hoc Duce, atque Batavi adversus Gallos ad Hochstadium obtinuerunt, Regiæ Majestati Britannicæ vexillum album tribus liliis aureis exornatum offerrent.

- b) Inter judiciaria Horn. *cit. loc.* numerat, quando ad iudicium parium curiæ formandum vasallus ad curiam feudalem vocatur. Schilt. *ad jus Alemann. cap. 6. §. 1. & 2.* Huc etiam pertinere videntur feuda Scultetorum, die *Schulken-Lehen* quando nimirum scultetus paganus prædium suum una cum ipso officio jure feudali & sub investitura accipit. Coccej. *de eo quod iustum est circa feud. rust. c. 3. §. 21.*
- c) Schilter. *cit. loc.*
- d) 1. F. 21. 24. 2. F. 7. 12. 26. 27. Jus Feud. Alemann. *cap. VII. IX.* & Jus feud. Sax. *cap. II. & IV.* unde etiam vasalli jure feudali passim milites vocantur, & equites, Ritter / id quod honoris causa accidit, sicuti Romani equites olim eos, qui equum publicum stipendiarium acceperunt, Equos quoque appellarunt, ceu ex antiquitate Romana pro more suo erudite demonstravit celeberrimus noster Prof. Schwarzzius, *in dissert. de Insignib. Ord. Equestr. vet. Rom. §. 16.*
- e) Horn. *in Jurisprud. feud. Longobard. c. 18. §. 5.* ubi ait: de ridiculis & ludicris observari debet, præstanda illa utique esse, si vasallus feudo privari nolit. Besold. *Thef. pract. lit. L. n. 30. in fin. p. 1009. col. 2.* sed istud servitium feudale, cujus meminit Bejer. *in diss. feud. ad Schnobel. VIII. th. 7.* quod dictus Le Pettour tenuerit terras ex beneficio regio, pro quo debuit facere die natali Domini singulis annis coram Domino Rege Angliæ, unum saltum, unum suffletum, & unum bumbulum, i. e. debuit saltare, buccas inflare cum sonitu, & ventris crepitum edere &c. non ad ludicra

dicra & ludibria, sed turpia referendum omnino est. arg.
L. 15. ff. de condit. instit.

f) Struv. S. J. F. c. II. aph. 5. n. 18. ibi: *consueti servitia præstantur*. Rosenthal. de feud. c. 6. concl. 22. n. 2. & 3.

§. II.

Licet non omnia servitia feudalia ad militiam, sed vel ad curiam feudalem, vel ad aliud servitium aulicum Domini, ceu antecedenti in thesi adductum est, tendant, g) non incongrue tamen ICTi Itali omnis generis servitia feudalia, a potiori specie Cavalcatæ nomine indigitarunt, & hanc Cavalcatam adjutorium istud definiunt, quod vasallus Domino feudi debet & præstat ratione feudi, h) quia servitia feudalia plerumque armis equisque expediebantur; i) Sed non omnes statim equos, quos vasalli præstant, Ritter- und Adeltiche Lehn-Pferde esse statuimus, k) quamvis omnes equos, quos vasalli Dominis exhibere tenentur, feudales equos, Lehn-Pferde recte denominari censeamus, quia a nobilibus ista servitia vel ex feudis nobilibus atque usui bellico, vel alii usui splendido aulico præstantur; sed equos feudales, die Lehn-Pferde / non omnes ex feudis nobilibus, sed quandoque rusticis, ad alium usum, ut dominus ipse eisdem, vel equitando, vel vehendo tam pacis quam belli tempore uti possit, dari constat. Quamvis omnes equos, quos vasalli Dominis exhibere tenentur, feudales equos, Lehn-Pferde / recte denominari censeamus.

Probationes.

g) Schilt. in comment. ad jus feud. Alemann. cap. VI. §. 5.

h) Anton. Borrinius, ICTus Taurinensis, in tract. de Cavalcata & servit. feudal. per tot. Schilt. cit. loc.

i) Horn.

- i) Horn. in *Jurisprud. feudal. Longobard. cap. 18. §. 5.* Facit huc textus feudalis juris Alemannici *cap. 7. in verbis: Wer Lehen von dem Riche hat / dem sol der Kunig heissen gebiethen eine Hersfahrt mit yme zu fahrende.* Schilt. *ad jus Alemann. c. 7. ibi: Regulariter tenentur vasalli Regni ad servitia militaria.*
- k) Multum enim differunt die Ritter-Pferde / ab equis aliis feudalibus: illi enim sunt equi, quos nobiles ex feudis nobilibus Domino sistunt; sed Lehn-Pferde dicuntur quoque illi equi, quos rustici nonnunquam ad servitia alia, quam militaria Dominis exhibent ad id, ut his vel equitando, vel vehendo, omni tempore & pacis & belli uti possint; porro illi plerumque usui bellico, hi alii etiam non bellico usui applicantur; illis vel ipsi vasalli, vel per substitutos insident, his vero rustici non debent insidere, nisi ita sit conventum, ceu bene notavit Coccejus *de eo quod just. circa rustic. in mat. feud. cap. 3. §. 17.*

S. III.

Hinc equos, sive adjutorium istud quod vasalli Imperii immediati, die Reichs Lehn-Leuthe / cum equitibus et armis præstant, omnino equos equestres, Ritter-Pferde esse, vel inde tuto asserendum venit, quia ipsi tam regali vel non regali nobilitate in Imperio polent, quam feuda nobilia secundum jus Longobardicum priorum ordinum; g) aut secundum Jus feudale Alemannicum priorum graduum & Clypeorum militarium, ex variis speciebus feudorum clypeorum militarium, dixerit Schild-Lehne / possident. h) Sed vasalli mediati Imperii, qui feuda sua ab aliis Imperii Statibus, vel aliis Imperii vasallis immediatis recognoscunt, non semper equos equestres, Ritter-Pferde / sed modo tales, i) modo autem feudales equos aliis servitiis destinatos, Lehn-Pferde / exhibent, k)

Proba-

Probationes.

- g) Ducum : Marchionum : Comitum : Capitaneorum seu valvasorum majorum : valvasorum simpliciter dictorum sive mediorum : valvasorum minimorum sive valvasinorum & plebejorum : per II. F. 10. Schilt. in comm. ad jus Alemann. cap. 1. §. 2.
- h) Nam horum feudorum origo ex servitiis militaribus orta erat, dignitas enim militaris maxime nobilitatem fundabat, adscita tamen quoque dignitate sacra & civili. Hinc est, quod ex hac sua origine nobilitas teutonica clypeis militaribus æstimari fuerit solita, & gradus illius scuta militaria, Heer-Schilde/ vocentur, atque ipsis clypeis insignia cujusvis feudi nobilis depingi, nec non in actu investituræ tanquam symbola ipsius rei tradi olim moris fuerit, id quod donum investituræ 2. F. 27. §. 2. dicebatur, Alteserr. de orig. feud. c. 4. Septem enim erant clypei & gradus dignitatis, quibus feuda nobilia die Schild-Lehen/distinguebantur secundum jus feudale Alemann. c. 1. §. 1. *Allererst sollent wir mergten/ was die Kunig hant gesezt/ süben Heerschilde/ der fürst der Kunig den ersten/ die Pfaffen-Fürsten den andern/ die leigen Fürsten den dritten/ die freigen Herren den vierden/ die Mittelfreigen den fünften/ der Dienstmann den sechsten/ die semper Lüt den sübenden.* Schilt. in comment. ad cit. jus feud. Alemann. §. 2. usque ad 27. ubi elegantior hoc clypeos militares feudorum nobilium explicat.
- i) Tunc nempe si mediati vasalli feuda nobilia Ritter-Lehen possident, quorum respectu equis armisque servire tenentur, wenn sie müssen Ritter-Dienste thun. Struv. S. F. c. 1. §. 3. Fritsch. de jure sequel. cap. 7. §. 6. & hi vel ideo, servitia equestria præstare judicantur, quia & ipsi equestria servitia

vitia præstare debent, ceu sextum clypeum militare obtinentes. Schilter. *ad jus feud. Alemannic. c. 1. §. 1.*

- k) Coccej. *de eo quod just. circa feud. rustic. c. 3. §. 17.* ibi: nonnunquam etiam in his feudis equus ein *Lehn-Pferd* / a vasallis præstari debet ad mandatum Domini, qui sibi illius usum liberum plerumque reservat, ut scilicet illo vel equitando vel vehendo, pro lubitu tam pacis quam belli tempore uti queat.

§. IV.

De servitiis equestribus vasallorum nobilium mediatorum memoria tenendum est, si his servitiorum Equestrium præstatio incumbit, nec Dominis adærationem citra eorundem voluntatem ab eisdem postulare licere, 1) nisi ipsi vasalli simul sint Landsassii ac subditi, tunc enim in dominorum arbitrio esse censemus, quos ducat, a quibus stipendia accipiat, quibusve halspergas concedat, sive largiatur facultatem, sese a servitiis, eorumque redemptione eximendi, *gleichsam deren Hals oder Kopff darvor zu verbergen / oder aus dem Dienste zu ziehen* / dum ipsis condonat & plane remittit, ut nec servitia, nec hostenditias solvant, ut in feudis francis, soldatæ, aliisque gratuito & ex gratia speciali sub immunitate servitii obtentis usu venit. m)

Probationes.

- l) arg. 2. F. 40. & 2. F. 54. nec non 55. §. firmiter. ibi: statumus tam in Italia, quam in Alemannia, ut quicumque indicta publica expeditione vocatus a domino suo, in eadem expeditione spatio competenti temere venire superfererit, vel alium pro se domino acceptabilem mittere contempserit, vel dimidium redditus feudi unius anni domino non sub-

D

mini-

ministraverit, feudum quod ab episcopo vel alio domino habuit, amittat; & dominus feudi in usus suos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem. *Borria. de Cavalcat. & servit. feudal. p. 3. c. 2. §. 2.* Schilter. *ad jus feud. Alemann. c. 8. §. 15. 16. & 17.* accedit porro & hæc ratio, quia aliud pro alio ab invito vasallo exigi nequit. *Horn. jurispr. feud. Longob. c. 18. §. 16.* Rosenthal. *de feud. cap. 8. concl. 27.* neque contrariatur id, quod tamen in obligatione facti præstatio interesse locum habeat, sane in hoc electio non domino, sed vasallo competeret. *L. 13. in. f. ff. de re judic. conf. L. 72. ff. de V. O.*

m) Schilter. *ad ad jus feud. Alemann. cap. 8. §. 13.*

§. V.

Porro sicuti Nobiles vasallos, non subditos mediatos, ad equestria servitia duntaxat obligatos arbitramur, ita eosdem præter servitia a collectis liberos pronunciamus, n) nisi domino in casibus certis subsidio quodam charitativo subveniendum fuerit. o)

Probationes.

n) Quia collectæ sunt species subjectionis, quam fidelitas sola non importat. *Besold. p. 5. consil.* Nec duplici gravandi sunt onere vasalli, servitiis militaribus, insuperque contributionibus: nemo enim propriis stipendiis, militare tenetur, quod fieret tamen, si tributa, quæ plerumque propter stipendia militaria imponuntur, pendere cogentur, alterutro itaque liberandi erunt, sicuti in Belgio servitia militaria Carolus V. Imper. Edicto perpetuo de An. 1581. in univèrsum remississe dicitur, ea tamen lege, ut fundi clientelares functionibus publicis, quibus eousque immunes fuissent, impostæ non

non

non sœcus atque patrimoniales obnoxii essent, ceu ex Neostadio de feud. Holland. Success. cap. 1. n. 18. refert Bajer. ad Schnobel. *diff. feud.* 8. th. 5.

- o) *Itter. de feud. Imp. c. 21. §. 22.* quod subsidium charitativum in casu extremæ necessitatis, vel conventionione, vel præscriptione etiam obtineri potest. Heig. p. 1. q. 18. n. 13. Clar. §. *feudum. q. 29. in fin.* Schweder. *in introduct. jur. publ. part. spec. sect. 1. cap. 26. §. 12. & 14. per tot.*

S. VI

Licet servitia equestria, Ritter-Dienste / sint tessera quædam & symbola ordinaria feudi nobilis & equestris, cujuscunque tam immediati, quam mediati; p) detentio tamen hujus feudi possessorem nobilem haud facit, nec eidem paragium, sive paraticum i. e. nobilitatis & militarem conditionem & jura conciliat, licet ipsum onerum & commodorum feudo inhærentium participem reddat; q) aut possessio feudi ignobilis suo possessori nobili nobilitatem adimit vel minime. r)

Probationes.

- p) Schilter. *ad jus Alemann. ad rubric. §. 19. & cap. 1. §. 1. & cap. 7. §. 1.* Fritsch. *de jur. sequel. c. 4. §. 3.* ibi: in verbis: inter vafallos nobiles & plebejæ fortis hominis hæc differentia subest: illi enim equis interserviunt, mit ihren Ritter-Pferden. Coccejus *de eo quod justum circa feuda rustic. c. 3. §. 13.* Dn. a Seckendorff. *in S. Fürst. Staat p. 2. c. 10. vers. 9. n. 2.* ibi: Unter denen Personen des Landes hält man mehrentheils diesen Unterschied / daß denen Grafen / Herren und Adels-Personen / wo dieselben Landsässig und

nicht nur bloße Lehnteute oder Vasallen seind / eine gewisse Anzahl Ritter - Pferde / die sie von ihren Lehnen halten und gerüstet einschicken müssen / auferleget werde.

- q) Schilter. *ad jus feud. Alemann. cap. 1. §. 25. & 27. Struv. F. F. c. 3. th. 8. Stryck. Ex. feud. c. 3. q. 18. n. 2. Itter. de feud. imp. cap. XXI. n. 25. Schweder. p. sp. sect. 1. cap. 26. §. 3. Mauric. de matric. imp. §. 21. ibi: ex illis autem bonis, dum pleraque a Statibus, nonnulla tamen etiam ab aliis, qui status non sunt possidentur, factum, ut in illam matriculam nempe, horum etiam nomina, als Inhabere dieses oder jenes Guths / so in den Reichs-Anschlägen begriffen / relata fuerint, non tamen ut per hanc relationem jura Statuum consequerentur. 2. F. 10. Schilt. *ad jus feud Alemann. cap. 1. §. 2. Gudelin. de jure feudal. p. 4. c. 4. n. 3. subjicit: quod in plurimis locis mercatores alique plebei Baronias, aliasque similes ditiones emere ac possidere soleant, de quibus autem Rosenthal. testatur: se ut plurimum vidisse & audivisse, quod e. g. de comitatu investiti non gerant se pro comitibus, nec salutentur tales, sed solum appellentur possessores, Einhabere der Graffschafft oder Herrschafft / ceu in subscriptione Recess. Imp. de Ao. 1594. apparet. Schütz *de Reip. Rom. stat. vol. 1. Ex. IX. §. 3. lit. O. hos semper Lute & clypei militaris ultimi homines dicit laudatus Schilter. ad jus feud. Alemannic. cap. 1. §. 25. Vultej. de feud. c. 5. n. 20. id omne hoc juris principio nititur, quod feudum nihil contribuat ad nobilitatem personæ, nisi voluntas nobilitandi exprimat, quia qualitas ista non terræ, sed personæ inhæret, & res a persona sumit conditionem & honorem. 2. F. 10. L. 44. ff. de adilin. edict. Lucas de Penna in L. cum neque. C. de incol. & L. mulieres. 13. C. de dignitat. nisi potestatem nobilitandi habens voluntatem suam simul aliter***

aliter circa dationem feudi declaraverit, vel moribus cujusdam Provinciae atque Regni aliud obtineat, sicuti de Siciliae atque Cataloniae feudis testantur Marius Giurba in repetit., de success. feud. pralud. 24. & Cancerius p. 3. var. resol. c. 13. fol. 247. n. 304.

r) *Zaf. de feud. p. 7. n. 19. Curt. de feud. tract. 4. part. pr. n. 83. Kyllinger. de jure ganerb. castr. c. 16. n. 13. Coccej. in diss. de eo quod justum circ. Rustic. feud. cap. 2. §. 9. Schilt. comm. ad rubric. jur. feud. Alemann. §. 18. ibi: unde illud consequitur, quod ignobilis acquirens feudum nobile ob id non fiat nobilis. 2. F. 10. & vicissim nobilis possidens feudum ignobile, propterea nobilitatem non amittit. Tit. im Deutschen Lehen-Recht c. 6. §. 53. Es kan auch ein höherer von einem geringern ein Lehen empfangen / 3. E. ein Fürst von einem Grafen / oder ein König von einem Fürsten oder Grafen und d. g. / denn es hat die Lehens-Pflicht mit der Würde nichts zu thun u. & §. 54. ubi exempla huc facientia adducit licet talis clypeum suum humiliare videatur. Schilt. cit. loc.*

S. VII.

Quemadmodum feudi servitia equestria, determinata honorata, aulica vel judicialia, qualitati feudi nobilis nihil plane derogant; s) ita quoque servitia feudalia, equis usui vulgari infervientibus praestanda, feudo ignobili imposta, eidem qualitatem equestris feudi, eines Ritter-Lehens / haud tribuunt, t) nec ejusdem possessorem eo legitimant, ut ipse inter equites provinciales, nechst des Landes Ritterchaft / in diætiis eorundem, ceu eques comparere possit, licet longo tempore

D 3

pore

pore equum feudalem Domino feudi præstiterit, u) quamvis & ipse dominum feudi iubentem in exercitu omnino sequi teneatur. w)

Probationes.

- s) Servitia enim feudalia equestria pertinent vel ad aulam & curiam feudalem, *Hoff- und Gerichts-Dienste* / vel ad militiam, *Kriegs-Dienste* / Schilter. *ad jus feud. Alemann. cap. 6. §. 1.* Licet enim moribus Germanorum dignitas militaris nobilitatem maxime fundaverit, adscita tamen etiam simul est dignitas sacra & civilis, ita ut & hujus splendor nobilitatem conciliaverit. Schilt. *ad cit. jus feud. Alemann. cap. 1. §. 1.* facit huc Capitulat. Leopold. §. 9. ibi: *in unserm Reichs-Hoff-Kriegs- und andern Râthen / auff den Ritter-Bäncken / zwischen denen von Ritterstand / welche zu Schild und Helm / Ritter- und Standmäsig geböhren / und denen Grafen und Herrn / so in denen Reichs-Collegiis keine Session und Stimme haben / oder von solchen Häusern entsprossen und geböhren seyn / in der Raths-Session dem alten herkommen gemâß / kein Unterscheid gehalten zc. & Instr. Pac. Art. V. §. 17.* agens de postulatione & electione Prælatorum, ibi: *operaque detur, ne Nobiles Patricii, gradibusque Academicis insigniri, aliæque persone idoneæ, ubi id foundationibus non adversatur, excludantur, sed potius in eis conserventur.*
- t) Equus enim, qui nonnunquam in hisce feudis a vasallo domino præbetur, inservit domino, als ein *Lehn-Dienst-Pferd* / ut ipse vel equitando, vel vehendo, pro lubitu tam pacis, quam belli tempore uti eodem queat, & sic alii usui quam

quam bellico applicatur. Coccejus *de eo quod justum circ. Rustic. 1. feud. cap. 3. §. 17.*

- u) Cum enim hujusmodi equi praestatio equestre feudum haud arguat, hinc longava ejusdem exhibitio nec feudum ignobile mutat, nec ejusdem possessori honorem Status provincialis nobilis conciliat, sed sola nobilitas & feudi nobilis possessio cum nobilitate concessa. Dn. a Seckendorff. *im Teutschen Fürsten-Staat p. 1. cap. 4. n. 3. vers. unter denen von Adel ic.* Id quod ratione equi feudalis, eines Dienst-Verdts / a quodam possessore molendini, cui multa praedia feudalia erant incorporata, quae una cum molendino profundo equestri, ob equum feudalem domino diu praestitum, possessor censeret contendebat, Responso Facultatis nostrae. *decisivo*, ad requisitionem Regii Dicafterii Pomerani, quod Stargardiae existit, penitus denegavimus.
- w) Schilter. *ad jus feud. Alemann. cap. 7. §. 2. §. 23. ibi* Equites non sunt, licet sint equitantes.

§. VIII.

Hos inter nobiles vasallos, & plebejæ fortis homines nec minus hæc occurrit differentia, quod illi equis suis equestribus, ludis Nobilitatis & Torneamentis interesse possint, x) atque alijs etiam splendidis officiis adhibeantur. y) Sed hi, qui duntaxat feudales equos praestant, si alias non sunt nobiles clypei militaris, ad ejusmodi solemnitates, & dignitates admittuntur vel minime, z) adeo ut heic non omnibus nobilibus accessus pateat, nisi eis, qui habent testimonium nobilitatis a quarto progenitore producendum, da keiner solches Ritter-Rechts sich gebrauchen könne / er seye dann vier-schildig.

Probatio.

Probationes.

- x) *Limn. de jur. publ. lib. 6. cap. 5. n. 50. ibi:* Welche von ihren vier Ahnen nicht Edel / noch auch von ihren Stammern nicht Turniers-Genossen geboren seynd / daß man der keinen theilen / noch zulassen soll.
- y) *Sicuti in Capitul. Leopoldina §. 40. sancitum:* daß in unserm Reichs-Hof, Kriegs und andern Rätthen / auff den Ritterbäncken / zwischen denen vom Ritterstand / welche zu Schild und Helm / Ritter- und Stifft-mäßig geboren / und denen Grafen und Herrn / so in den Reichs-Collegiis keine Session oder Stimm haben / oder von solchen Häusern entsprossen und geboren sind / in der Raths-Session dem alten Herkommen gemäß / kein Unterschied gehalten / sondern ein jeder nach Ordnung der angetretenen Raths-Dienste ohn einigen von Stands wegen unter denselben suchenden Vorzug verbleibe. *Schilt. comment. ad jus Alemann. cap. 2. §. 29.*
- z) *Recess. Imper. de 1522. §. 19.* Wiewol etliche Stifft in Teutschen Landen / die von und auf hohen und niedern Adel gestifftet seyn / darwif altem Herkommen nach allein Fürsten / Grafen / Herrn / und andere von Adel kommen sollen und mögen. *Schilt. cit. loc.*

§. IX.

Cæterum si in literis investiturarum vel Registris Iustratoriis, Ritter- und Muster-Rollen / definitum non extat, quo equorum numero vasallus servire debeat, a) hodie ad feudi quantitatem pariter respiciendum est, sicuti olim hæc attendebatur, b) dum tot brunias i. e.

cata-

cataphractus, Glenen/Ritter-Pferd/cum milite & armis prætare tenentur, quot decem mansos, Ritter-Huffen/ in beneficio possidebant; c) hinc qui minus possidet, quandoque dimidium equi, ein halbes Ritter-Pferd / quandoque quartam ejus partem, den Viertheil eines Ritter-Pferds / exhibet. d)

Probationes.

- a) Fritsch. *de jur. sequel. cap. 4. n. 9.*
- b) 2. F. § 4. in verbis: *aut pro quantitate feudi stipendia militia persolvendo.* Struv. *S. F. c. 11. th. 5. n. 6.* ibique Dn. de Lyncker. Stryck. *in Exemp. Feud. cap. 28. q. 11.* ibique Winziger.
- c) Schilter. *ad jus feud. Alemann. cap. 8. §. 14.*
- d) Struv. *S. F. c. 11. th. 1. n. 6.* unde vasallus quandoque uno ac duobus, quandoque tribusve equis præsto esse tenetur, daß er das Lehen mit einem / zweyen oder dreyen Ritter-Pferden bediene / vel etiam si exigua sunt feuda, ut ratione duorum vel plurium fundorum unus alatur, & mittatur cum milite equus, daß das Lehen ein halb Ritter-Pferd oder weniger halte / tunc & quatuor aut etiam plures vasalli ad unum equum & equitem alendum concurrunt. Winziger. *ad Stryck. Ex. feud. c. 18. qu. 11.* ordinarie enim vasallus ad alia servitia non tenetur, quam quæ feudi viribus & consuetudini ex usu provincie respondent. Fritsch. *de jur. sequel. cap. 5. n. 10.* & extra hæc, nisi summa necessitas, legem alias respuens, exposcat, ad alia haud obstringitur 2. F. 26. Kohl. *de servit. feud. p. 4. n. 98.*

§. X.

Verum enim vero si vafallus feudi Domino modo minori, modo majori equorum numero, servitia militaria absque ulla protestatione interposita exhibuit, Domino semper majorem numerum exigere licet, e) nisi hic numerus quantitati feudi non respondeat, & vafallus casum extraordinarium urgentissimæ necessitatis, vel protestationem, quod duntaxat in honorem Domini majori numero aliquandiu comparuerit, allegare valeat. f)

Probationes.

- e) Fritsch. *de jur. sequel. cap. 4. §. 3. n. 9. & 10.* siquidem in dubio vafallus servire in futurum tenetur, sicuti antea servitia præstitit, nach denen Muster-Kollen / unde præstatio desumitur numeri Equitum.
- f) Fritsch. *cit. loc. §. 3. n. 10.*

§. XI.

Denique in æstimatione bonorum feudalium, ex quibus equus equestris, ein Ritter-Pferd / præstatur, ceu hujus oneris majoris semper major fit taxatio, quam bonorum illorum feudalium, ex quibus duntaxat equus feudalibus ad alia servitia destinatus, Domino feudi exhibetur: nam servitium equestre, ein Ritter-Pferd / mille florenis æstimatur, g) equus feudalibus aliis servitiis assignatus, multo minori pretio taxatur. h)

Probationes.

- g) Licet æstimatio servitiorum equestrium, pro varia locorum ac regionum consuetudine, variet; Kœppen. *qu. 44. n. 12.*
Matth.

Matth. Coler. de proc. excuet. p. 3. c. 9. n. 132. plerumque tamen tale servitium militare, ein Pferd - Ritter - Dienst / 1000 florenis aestimari solet, ita ut feudo aestimato, semper ratione unius servitii militaris 1000 floreni demi soleant, quasi de horum fructibus aut redditibus annuis, equus fere ali queat. Knich. de vest. pact. p. 2. c. 5. in fin. Anton. Disp. feud. 7. th. 7. lit. h. Harpprecht. Respons. 71. n. 112. & 113.

- h) Ex ratione hac, quo majora sunt onera praedio annexa, eo viliora censentur, & eo majus pretium idecirco deducitur. arg. L. 79. ff. de contr. empt. L. 72. ff. ad L. Falcid. Harpprecht. cit. Respons. 71. n. 94. jam autem constat, quod multo majores sumtus exigat equus equestris, quam equus feudalis: nam ibi non modo equus praestatur, sed & armatura. Dn. L. B. de Lyncker cent. 15. decis. 1440. in verbis: Dem vafallo aber obliegt / jedwedem Lehn - Herrn / auf Begehren / ein Ritter - Pferd / mit aller zugehörigen armatur zustellen; auch jedwedem Vafallen / denjenigen Knecht / welchen er zum Ritter - Dienst zustellen gehalten / nicht nur mit Pistolen und Seiten - Gewehr / sondern auch mit tüchtigen Brust - und Rück - Stücken / auch Casqueten oder Potten / und Carbinern zu versehen und auszurüsten gebühret. Quae armatura in alio equo feudali ubique cessat, dum hic equus sine armis & apparatu bellico sistitur Domino. Coccej. de eo quod just. circa feud. rustic. 6. 3. §. 17. hinc aestimatio huius equi & detractio ejusdem pretii multo lenius evadit. Sit ita cum DEO
huic Dissertationi positus

F I N I S.

Non semper latuisse iuvat : cupit *es* solertia
lucem,

Publica laus animos ingeniumque movet.

Ergo, PERSCHBECHERE, decus laudemque mereris,

Qui studii specimen, Pallade teste, probas.

Patria, crede, Tibi magis hinc, Pindusque,
favebunt;

Doctrinaque Tua pramia utrinque feres.

Ita Nobilissimo DN. PERSCHBECHERO,
Affini & conterraneo suo charissimo,
egregium Iurisprudentiæ specimen,
de equestri argumento publice & cum
applausu edenti, gratulatur & optima
quæque auguratur


D. LAURENTIUS HEISTERVS,
Anatom. Chirurg. ac Theor. P. P.



ULB Halle
005 361 168

3







B.I.G.

Farbkarte #13

Q. D. B. V.
DISSERTATIO IVRIDICA
QVAM
DE 1718, 7a

EQVO SEQVELAE
ET AD ALIA SERVITIA
DESTINATO
ATQVE

DE EQVO EQVESTRI
ET FEVDALI

Vom Heer-Dienst-Ritter- und
Lehen-Pferde



SVB MODERAMINE

DN. HENRICI HILDEBRANDI
ICTI CONSIL. PALAT. SOLISBAC. ET NORICI
NEC NON PROF. COD. ATQVE IVR. FEVDAL.
VT ET ANTECESSORIS PRIMARII
IN NORICORVM VNIVERSITATE

VENTILABIT

D. NOVEMBR. A. O. R. MDCCXVIII

PHILIPPVS VVILHELMVS PERSCHBECHERVS
MOENO-FRANCOF.

ALTORFII TYPIS IOD. GVIL. KOHLESII VNIV. TYPOGR.

